

Alte Drucke

Davidis Chytræi In Historiam Iosvæ, Ivdicvm, Rvth, in Prophetas & Psalmos aliquot; & Sententias Syracidæ

Chyträus, David

Lipsiae, 1592

VD16 C 2504 T. II

REVERENDO ET CLARISSIMO VIRO, DOCTORI IOANNI SIELDORPIO, EPISCOPO
BERGENSI IN INCLITO REGNO Norunegiae, Domino & amico colendo.

Nutzungsbedingungen

Die Digitalisate des Francke-Portals sind urheberrechtlich geschützt. Sie dürfen für wissenschaftliche und private Zwecke heruntergeladen und ausgedruckt werden. Vorhandene Herkunftsbezeichnungen dürfen dabei nicht entfernt werden.

Eine kommerzielle oder institutionelle Nutzung oder Veröffentlichung dieser Inhalte ist ohne vorheriges schriftliches Einverständnis des Studienzentrums August Hermann Francke der Franckeschen Stiftungen nicht gestattet, das ggf. auf weitere Institutionen als Rechteinhaber verweist. Für die Veröffentlichung der Digitalisate können gemäß der Gebührenordnung der Franckeschen Stiftungen Entgelte erhoben werden. Zur Erteilung einer Veröffentlichungsgenehmigung wenden Sie sich bitte an die Leiterin des Studienzentrums, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

Terms of use

All digital documents of the Francke-Portal are protected by copyright. They may be downloaded and printed only for non-commercial educational, research and private purposes. Attached provenance marks may not be removed.

Commercial or institutional use or publication of these digital documents in printed or digital form is not allowed without obtaining prior written permission by the Study Center August Hermann Francke of the Francke Foundations which can refer to other institutions as right holders. If digital documents are published, the Study Center is entitled to charge a fee in accordance with the scale of charges of the Francke Foundations.

For reproduction requests and permissions, please contact the head of the Study Center, Frau Dr. Britta Klosterberg, Franckeplatz 1, Haus 22-24, 06110 Halle (studienzentrum@francke-halle.de)

urn:nbn:de:gbv:ha33-1-148122

REVERENDO
 ET CLARISSIMO VIRO, DO-
 CTORI IOANNI SIELDORPIO, EPI-
 SCOPO BERGENSI IN INCLYTO REGNO
 Norunegia, Domino & amico colendo.



VM RELIGIO CHRISTIANA
 sit, non argute disputare & contentiose
 de articulis fidei Christianæ rixari, sed, ve-
 rum DEVM conditorem nostrum, & re-
 demptorem Iesum Christum recte ex verbo
 ipsius agnitum vere timere, & diligere, &
 vera fiducia in misericordia & favore Dei
 nobis propter Christum propitij firmiter
 adquiſcere, quotidie & ardentem inuocare Deum & celebrare, &
 in omni vita & sancta cruce inprimis placide toleranda ipsi obedire,
 alios etiam homines & proximos nostros propter Deum beneuo-
 lentia complecti, & quibuscunque possumus officijs benigne iuua-
 re, & iustitiam, veritatem, mansuetudinem, humilitatem, bene-
 ficentiam, castitatem & cæteras virtutes verbo Dei mandatas reli-
 giose colere, vt Deo archetypo conformes siamus, & alios homi-
 nes ad veram agnitionem & celebrationem Dei inuitemus: In his in-
 quam veræ pietatis & fidei ac obedientiæ erga Deum & benignitatis
 erga proximum officijs, cum vera Theologia & religio Christiana
 potissimum sita sit: prodest iuuentutem in scholis ad piam lectio-
 nem & meditationem VERBI à Deo traditi seu Textus Biblio-
 rum assiduam, & exercitia precationum, pœnitentiæ, fidei, mo-
 destiæ ac obedientiæ, potius quam ad certamina disputationum ad-
 ſueſcieri. Nam per hæc duo media, per attentam lectionem seu au-
 dultationem verbi, & exercitia veræ pœnitentiæ quotidiana, De-
 us veram pietatem, fidem ac cæteras virtutes in nobis accendit, fo-
 uet, alit & conseruat.

Cum autem prorsus ruere hoc veræ Religionis & pietatis Chri-
 stianæ studium, & Theologiam rursus in sophisticam curiosarum
 disputationum degenerare, atque ita non sublatam sed mutatam
 superioris ætatis sophisticam videamus: Prorsus assentior grauif-
 simæ epistolæ tuæ, qua vtilius textum verbi diuini diurna noctur-
 naque manu versari & alijs prælegi & explicari, quam certamini-
 bus non necessarijs ecclesiam turbari, & nimium altercando verita-
 tem tandem amitti iudicas. Id cum ab eo tempore, quo primum

Chytr
inter nos Vuitebergæ sub communi præceptore nostro Philippo ante triginta annos amicitia contracta est, semper mihi propositum fuerit: plerosque sacræ scripturæ libros in hac Schola iuuentuti interpretatus sum, ac ut Nomina locorum & personarum propria, passim occurrentia, non remorarentur lectionem: Onomasticon istud iam olim collegi.

Quod superioribus mensibus denuo recognitum, ad te potissimum mittere volui, ut testimonium obseruantia & amoris erga te, & ecclesiam, cui præses, mei, publicum extaret, ac ut gratulari me tibi & ecclesiis in inelyto regno vestro puritatem veræ doctrinæ, quæ inde vsque ab initio instaurationis ecclesiarum eadem sine vllis dissensionibus in ecclesiis totius regni sonat, & piam tranquillitatem ac concordiam ostenderem. Qua ex re vigilantia pij Regis & episcopi potest cognosci, præsertim in illo emporio, in quod ex varijs gentibus homines confluunt, imbuti diuersis opinionibus, & magna ingeniorum & iudiciorum varietate præditi. In tali coetu veritatem & tranquillitatem ecclesiæ piam retinere, illustre testimonium est pietatis & vigilantia Episcopi, imo & præsentia DEI in tota gubernatione Ecclesiæ. Quare toto pectore filium Dei Dominum nostrum Iesum Christum oro, ut deinceps etiam te & ecclesiam tuam gubernet & seruet, & venientem Annum, quem à Genethlijs ipsius ordimur, Tibi & toti ecclesiæ tuæ domestica & publicæ felicem, faustum & salutarem efficiat, & te ac tuos incolumes, & florentes perpetuo seruet. Rostochij, pridie Natalis Filij Dei, inchoantis annum 1578.

David Chytrus.

